



*Red*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

UNDESEXAGESIMUM  
 FAUSTUM NATALEM  
**CARISSIMI PARENTIS**  
 DEO O. M.  
 COMMENDAT,  
**PATRIQUE<sup>SUI</sup> STUDIOSSIMO**  
 GRATULATUR  
**DEUMQUE,**


QUA PRECATUS EST PIETATE ANIMIQUE SUBMISSIONE,  
 IMPLORAT,  
 UT

EJUS VENERANDAM CANITIEM SIBIQUE AC GYMNASIO  
 LUSTRA COMPLURIA CONSERVET.

PIISSIMUS ATQUE OBSEQUENTISSIMUS  
 FILIUS UNICUS

**HENRICUS LUDOVICUS BERND.**

MAGDEBURGI DIE JANUARIJ XXVI. ANNO MDCCCLVI.



PRÆLO GODOFREDI VETTERI,

AK





**F**ausste dies Caro PATRI Natalis, amana  
Lux nostrae ridet saepe petita domo.  
Exhilarata mihi miror quid corda triumphant,  
In venisque calet vis inopina meis.  
Nescio quid nobis animus praefagit; ab ortu  
Cum dextro venit fulmine dulce jubar.  
Venit & a caelo pacis mihi nuntia laurus:  
Ut ne nunc prendaat strenua dextra lyram?  
Quam mihi post tristes rediit lux luce serena,  
Cum licet explicita fronte videre PATREM!  
Saepe expavi cernens miseransque dolores,  
Atque rigente metu mens stupefacta stetit.  
Ut simul ex morbo recreatus es, illa redibat,  
At plerumque brevis latitia ista fuit.  
Eheu, clamabam merorum examina! quando  
Lustrorum inducias cernere fata finent!  
Speravi tandem caelum singulibus auctis  
Mitius & nobis tempora lata fore;  
Cum subito, memini rigeoque, ut fulminis ictu  
Obstupeo tactus, membraque torpor habet.

Ita: C terribilis nos sternat nona De: Ce: Mbris!

Tum madidus lacrimis angulus omnis erat.

Quocunque aspecti luctus gemitusque sonabant,

Formaque non taciti funeris intus erat.

Protinus accurrunt moriturum cernere Patrem:

Et mœsta summum dicere voce Vale.

Desperata salus alijs, sperare salutem

Me iussit: fidi; falsa nec augur erat.

Scilicet e flammis aurum spectatus exit,

Et cruce nobilior cognitiorque fides,

Hos ignes inter, dum surgit, ad æthera nubem

Volvit magno animo sidera summa petens.

Inde refert bona firma diu non pondere parvo,

Spera, non fallit spes bene fisa fidem.

Fauste dies! liquido nobis qui fulgure fulges,

Latus ades, nostræ dic nova Faustæ domo.

Dic PATRI: duris fatis es cruciatibus ustus;

Fide, dehinc vires experiere novas.

Languores longos constans per lustra sequetur,

Hoc qui sustentet corpus alatque vigor.

Expectata salus, nobis fac munera serves!

O Felix omen munificumque DEUM!

Alta quies PATRI!! DEUS est Tibi portus & ara;

Cujus in auspicijs est sita nostra salus.

Cui non canities pulsæ melioribus annis

Obstat: Pieridum quin vocitere decus.

Sæpe tument aliqua nimbosi parte diei

Aequora; quæ veniens mitia vesper habet.

Nubibus e spissis eluctans lumine pingit

Sol terras, reliquum condecoratque diem.

Non radios prius ille suos vasto aequore condit,

Umbrae quam crescunt occiduumque jubar!

Quæ Tibi lustra PATER vitæ complura superfint,

Mens, ratio vigeat consiliumque Tibi.

Ambitio verbis absit: nam gloria Paulo

Nil nocuit, quamvis hæc sibi sumpta fuit,

Gratia quæ summi perfecit numinis, illa

Gratis ferimus propria facta pijs.

Ergo tuæ laudis late diffunde nitorem,

Dein ut non paucis commoda multa feras.

Ut TE discentes adamant, ut suave levamen

Esse sibi Patrem pignora vestra volunt:

Sic his vive Pater, recrea, fideque docendo

Ad quævis solidis viribus alta para.

Sic nos sacras virtutibus imbue, MATREM  
Sic longæ sociam prosperitatis habe.  
Gratia summa Tibi COELI MODERATOR ET ORBIS,  
Cui supplex animæ debitor hujus ero,  
Hunc pia si MATER sociali federe juncta  
Sic fortunatum cernat ametque senex.  
Sponsor ades: PATRIS, fore, gaudia gaudeat Ipsa:  
Tristia post venit nubila clara dies.  
Cum nova vis fractos istos post prodeat annos  
Atque aquilæ pingat fausta senecta caput.  
Qui post lustra decem nonus nunc splenduit annus,  
Bis octona canat lustra beata fore:  
Hoc mihi yaticinans trepidis mœroribus obset,  
Et faciat nostro pectore abesse metum.  
Spes MI FVLta Deo est; ca spes est Certa: præCabor,  
EVaX, præ IanVs fert, referiqVe bona.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD





# UNDESEXAGESIMUM FAUSTUM NATALEM CARISSIMI PARENTIS DEO O. M.

COMMENDAT,  
E SUI **STUDIOSISSIMO**  
GRATULATUR  
**DEUMQUE,**  
ST PIETATE ANIMIQUE SUBMISSIONE,  
IMPLORAT,  
UT  
AM CANITIEM SIBIQUE AC GYMNASIO  
A COMPLURIA CONSERVET.  
ATQUE OBSEQUENTISSIMUS  
FILIUS UNICUS  
**LUDOVICUS BERND.**

DIE JANUARIII XXVI. ANNO MDCC LVI.  
\*\*\* (?) (\$) (?) \*\*\*\*\*  
GODOFREDI VETTERI,

